



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Oblati.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

Secundò, Notarius an possit corrigere errorem suum in pertinentibus ad partes, vel ad substantiam contractus, respondetur quod sic in continenti, non ex intervallo, Bart. in l. si faciat, ver. quandoque est, ff. de reg. jr. Felin. in c. litteris, ver. 2. num. 2. de fide instrum.

## NUNTII.

**P**rimò, Nuntii Apostolici an possint cognoscere de causis personarum, etiam ecclesiasticarum, Episcopis subjectarum? Respondetur, quod non nisi Episcopo prius requisito, eoque negligente, & quod dixi de Nuntiis, idem de Legatis etiam à latere, & Gubernatoribus ecclesiasticis debet intelligi, sac. Concil. Trident. sess. 24. ca. 20. §. Legati quoque, de refor. & quomodo possint procedere contra Clericos damnatos, vel cum damnatis conversantes, vide Bullam Sixti V. quæ accumulativè de hac materia edita est.

Secundò, Nuntiis, seu Juratis Curiam creditur, quando referunt se citasse de commiss. Judicis de stylo Rot. fecus de jure. Felin. in cap. 1. num. 13. vers. 4. conclu. de judic. Caputaq. dec. 245. p. 2. & decis. 266.

Tertio, Nuntii Apostolici, & alii non possunt à principibus, ad quos mittuntur procurare favores, aut uti illis ad obtinendas dignitates. Pius IV. Bulla 124. quæ incipit, Et si Romanum.

## OBLATI.

**P**rimò, oblati, Conversi, & Monachi, qui dicantur, & discrimen inter

eos, vide Panor. in cap. non est, num. 2. de Regular. & oblati perpetuò alicui Ecclesie sunt exempti, sicut & conversi, quia sunt assumpti ad sortem Domini, capit. qui sunt. 2. quæst. 1. Innoc. in cap. recepimus, num. 3. de privileg. & oblati dicuntur, qui se, & sua bona, nihilo sibi retento, monasterio obtulerunt, licet habitum regularem, ut conversi, non recipiant, Nav. cons. 94. de regul.

Secundò, isti vocantur etiam Conversi, sed an admittantur ad electionem Prælatorum, vel an vovent continentiam, vide Gemin. in capit. ex eo. §. in Ecclesis, vers. quid de conversis, de elec. lib. 6. quod non.

## ORD O.

## SUMMARIO N.

1. In ordinibus ecclesiasticis requiritur primò ætas.
  2. Idoneitas scientiarum persona, & naturalium.
  3. Series sive gradus successorius.
  4. Tempus, & ubi.
  5. An ordinatus non servatis interstitiis, sine dispensatione sit suspensus vel irregularis.
  6. An surdus omninò possit promoveri ad presbyterium.
  7. An requiratur tactus in ipsa ordinatione, id est, ut ordinatus in quolibet ordine opus sit, ut tangat vasa, libros, & alia instrumenta, quæ tangenda porriguntur in quolibet ordine.
- C**irca Primum, in prima consura, & aliis tribus minoribus requiritur ætas septem